



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 30. FF. Prædicatores ad Indulgentias in Saxonia promulgandas selecti

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

rentii Pucci Cardinalis tit. SS. quatuor Sæcul. XVI.  
 Coronatorum, qui apud Papam pluri-  
 mum gratia valebat, in omnibus orbis  
 Christiani regnis plenam poenarum con-  
 donationem promulgari constituit, eas-  
 que indulgentias cunctis, qui ad Fabri-  
 cam S. Petri subsidia collaturi essent, sub  
 conditionibus adeo expeditis concessit,  
 ut eas lucrari, nonnisi salutis suæ summe  
 incurius negligeret. Præterea, ut in  
 colligendis pecuniis suus servaretur or-  
 do, totam Christianorum Rempublicam  
 in varias classes distribuit, ac unicuique  
 Viros, qui oblatas fidelium eleemosynas  
 colligerent, designavit; demum vero  
 quosdam Verbi divini Praecones selegit,  
 qui populum de indulgentiarum merito,  
 ac dispositionibus ad eas lucrandas ne-  
 cessariis erudirent.

## §. XXX.

*FF. Prædicatores ad Indulgentias  
 in Saxonia promulgandas  
 selecti.*

Hanc in rem Leo Pontifex Alberto Mo- *Cochlearus de*  
 guntiæ, ac Magdeburgi Archi-*actis & scri-*  
 Episcopo negotium dedit, ut deligeret Viros, *ptis Lutheri*  
 qui per Germaniam Indulgentias publi- *ann. 1517.*  
 carent. Is pro Saxonia FF. Dominicanis *Ulemburg.*  
 hanc demandavit provinciam, eisque *in vita & re-*  
*Lutheri*  
*bus gestis*  
*Joan-*

**Sæcul.XVI.** Joannem Tetzellum ejusdem Ordinis Religiosum, ac hæreticæ pravitatis Inquisitorem præfecit; illius enim solertia in ejusmodi negotio non ita pridem ab Equitibus Teutonicis, quibus ad belli sumptus adversus Moscovitas Tetzelius amplam acquisierat pecuniam, comprobata erat. Cum vero id munus semper in prioribus sacris militiis diuturnæ (§) possessionis jure FF. Eremitis S. Augustini delatum fuisset, hi Dominicanos sibi præferri ægerrime ferebant, eo potissimum nomine, quod illi potestatis limites excessisse, Indulgentiarum virtutem plus justo exaggerasse, ac poenarium operum vim penitus enervasse insimularentur; adeo, ut a nonnullis in suspicionem vocarentur,

---

(\*) Optime observat Antonius Pagius in suo Breviario Rom. Pontif. ad annum 1517. n. 45. Augustinianos longo jam tempore id munus obiisse, falso narrari; *id enim Julius II. FF. Minoribus imposuerat: id Ministro Generali Minorum unacum Archiepiscopo Moguntino commiserat Leo Papa in pluribus Germanicæ locis anno 1515.* & FF. Prædicatores ab Equitibus Teutonicis ad ejusmodi provinciam secessos, ac denique nulli Religiosorum Ordini, sed Alberto Moguntino Archiepiscopo hanc curiam fuisse demandatam, ipsemet Continuator testatur.

rentur, quod populis exposuissent, eos, si sacer. XVI  
 literas indulgentiarum auro redemissent, A.C. 1517.  
 de salute sua securos fore. Præterea  
 Præcones isti turpem ex sacro hoc Eccle-  
 siæ thesauro quæstum exercebant, suas-  
 que cathedras erigebant in popinis, u-  
 bi aliquam collectæ pecuniæ partem ab-  
 ligurire visebantur.

## §. XXXI.

*Augustinianorum Generalis Vicarii  
 tumultus aduersus indulgentia-  
 rum Præcones.*

Eo tempore Fratribus Eremitis S. Au- *Cochlæus de*  
 gustini in Germania Vicarii generalis & scri-  
 nomine præerat Joannes Staupitius ejus-*ptis Lutheri.*  
 dem nationis inter nobiles facile prin-  
 ceps, ipsisque Saxonum Principibus co-  
 gnatione junctus, atque ea ratione Sa-  
 xoniæ Ducibus perquam acceptus, ac  
 præcipue Friderici S. R. I. Electoris pa-  
 trocinio tutus. Igitur Staupitius tam  
 potenti præsidio fretus, atque præclaris  
 animi dotibus insignis, *instillabat*, inquit  
*Cochlæus*, *hujus Principis pectori frequen-*  
*tes indulgentiarum abusus, & quæstorum,*  
*atque commissariorum scandala, eoquod illi*  
*per avaritiam prætextu veniarum, & gra-*  
*tiarum, expilarent Germaniam, & quærerent,*  
*quæ sua sunt, non quæ salutis animarum.*  
*Staupitius seu hisce abusibus vere com-*  
*motus,*